

capientem prohibuerit, [*in singulas prohi*]bitiones X V d. | (42) d.²⁶ Conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito. |

(43) *Tabernarum fulloniarum. Vestimenta rudia vel recurata ne-*mini m[*ercede polire nisi cui conductor so*]- (44) *cuius actorve eius locaverit permiseritve liceto. Qui convictus fuerit adversus ea qui*[*d fecisse, in singulas la*]cinias | (45) X III²⁷ *conductor* socio actorve eius d. d. Pignus conductori socio actoriv[*e eius capere liceto.*] |

(46) *Scripturae scaurariorum et testariorum*²⁸. Qui in finibus met[*alli Vipascensis . . . scau*]ri- (47) *as argentarias aerarias pulveremve ex scaureis rutramina*²⁹ ad mesuram pondu[sve *purgare tundere ure*]re exp[er]- (48) *dire frangere cernere lavare volet quive lapicaedinis opus quo quo modo facien*[*dum suscipiet, quos ad id*] faciendum | (49) *servos mercennariosque mittent, in triduo proximo profiteantur et solvan*[*t X . . . conductori quo*]que mense | (50) *intra pr. k.*³⁰ *quasque: ni ita fecerint, duplum d. d. Qui ex alis locis ubertumbis*³¹ ae[*ris argente ru*]tramina in | (51) *fines metallorum inferet, in p. C X I conductori socio actorve eius d. d. Qu*[*od ex hoc capite*] legis condu- (52) *ctori socio actorve eius debetur neque ea die, qua deberi coeptum erit, solu*[*tum satisve factum erit*], d. d. d.³² | (53) *Conductor* socio actorve eius pignus capere liceto et quod eius scauriae pu[*rgatum*³³ *tunsum ustum expeditum frac*]- (54) *tum cretum lavatumque erit quive lapides lausiae*³⁴ *expeditae in lapicaedi*[*nis erunt, commissa ei sunt, nisi quid*]- (55) *quid debitum erit conductori socio actorve eius solutum erit; ex*[*ciipiuntur servi et liberti*] | (56) *flatorum argentariorum aerariorum qui flaturis dominorum patron*[*orumque operam dant*]. |

(57) *Ludi magistri. Ludi magistros a proc. metallorum immunes e*[*sse placet*]. |

(58) *Usurpationes puteorum sive pittaciarium. Qui intra* f[*ines metalli Vipascensis puteum locum*]- (59) *que putei iuris retinendi causa usurpabit occupabitve e lege metallis dicta, b*[*iduo proximo quod usurpaverit occupa*]- (60) *verit apud conductorem socium actoremve huiusce vectigalis profiteatu*[*r*]

In Lusitania meridionali, prope Aljustrel castellum (non longe a Beja), ad aerifodinas veteres rep., iam Lisboa, tabula aenea, ab utroque latere iisdem fere verbis (sed versibus aliter dispositis, ut in lacunis non respondeat anticae postica, sed eam ex parte expleat cf. not. 8. 40), inscripta (II S. 5181 = Eph. ep. 3 p. 165 seq. cum imagine, et commentariis Huebneri et Mommseni, adnotationibus Buecheleri). Tertiam tabulam fuisse ex quattuor pluribusve apparet ex numero III in margine inferiore partis anticae exarato. Est lex, secundum quam regebatur metallum Vipascense (nomen praeterea non repertum), pertinens non solum ad